



# Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCCXLI. Der Römische König Albrecht beurkundet, daß die Markgräfin  
Agnes von Brandenburg vor ihm, zu Gunsten ihrer Tochter Agnes und  
ihres Schwiegersohnes, Grafen Gerlach von Nassau, auf alle ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**CCCXL.** Die Markgrafen Otto und Woldemar von Brandenburg unterordnen zwanzig Dörfer unter die Gerichtsbarkeit der Stadt Lößau, am 1. Mai 1306.

Otto et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Lusacie et de Landisberg marchiones, univērsis Christi fidelibus, presentes literas visuris seu audituris, notitiam subscriptorum. Actiones, quas mundus ordinat, sepe delet successus temporum, nisi muniantur karactere literarum. Ea propter constare volumus omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam posteris, quod dilectis nobis civibus in Leobawe, ob specialem promotionem, qua ipsos prosequimur, ac in emendationem civitatis ejusdem, cum omni jure villas eidem apponimus civitati subscriptas, videlicet Gherardesorpp, Eversbach, Kothamersdorpp, Heinrichesorpp, Sconnebyeh, Lybe, Levenwald, ambas Sweynicz, ambas Conradesdorpp, ambas Theefyn, Ulfen, antiquam Lebowam, Diebesdorpp, Neechan, Lychowe, Uwer et Gorghewicz, ita, quod univērsaliter singuli ac singulariter univērsi harum villarum inhabitatores seu incole omnia judicia sua, tam majora quam minora, ibidem in civitate Leobawe coram judicio et giudice recipere ac solvere perpetuo teneantur, volentes ejusdem cives in hujusmodi jure, ipsis per nos rationabiliter indulto, constanter perpetuis temporibus existere et favorabiliter conservare. Ne autem super hoc in posterum alicui dubium valeat suboriri, presens scriptum in evidens testimonium justissimum nostrorum sigillorum appensionibus roborare, adhibitis testibus ydoneis, scilicet nostris fidelibus, Ludolft de Wedele, Hinrich de Rdewitz (Stegelitz?), Henning de Blankenborg, Hinnig de Steghercz (Stegheliz?), Nicolao de Ravecke (Buck?), Ottone de Holzendorpp, Breneckone de Gverben (Rencekone de Gucz?) Herdegheno de Bardeleve, militibus et aliis quam plurimis fide dignis. Actum et datum in Leobawe, anno domini, MCCCVI, in die sancte Walburgis virginis.

Aus Tischoppe und Stenzels Urkunden-Sammlung S. 480.

**CCCXLI.** Der Römische König Albrecht beurkundet, daß die Markgräfin Agnes von Brandenburg vor ihm, zu Gunsten ihrer Tochter Agnes und ihres Schwiegersohnes, Grafen Gerlach von Nassau, auf alle Ansprüche auf das Vermögen ihres verstorbenen Gemahles, Landgrafen Heinrich von Hessen, verzichtet habe, am 18. Mai 1307.

Nos Albertus, dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, Ad univērsorum noticiam volumus pervenire, Quod constituta in nostre Majestatis presencia Inclita Agnes, Marchionissa Brandenburgensis, consanguinea nostra dilecta, cessit omni actioni et iuri, quam et quod in bonis, per quondam Heinricum, Illustris Heinrici, Lantgravii Hassie, filium, ipsius Agnetis Maritum, nomine dotis ac doni matutini, que Morgengabe dicitur, assignatis, sive hereditate competit sive competere dinoscitur: ac resignavit eandem actionem et jus predictum et transtulit in Inclitam Agnetem, filiam suam, spectabilis viri Gerlaci Comitis Nassauie uxorem legitimam, et in ipsum Gerlacum, generum suum,

integraliter et in toto. In cuius cessionis, resignacionis et translacionis testimonium presentes litteras scribi et Majestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum in Frankesurd, XV. Kal. Junii, Anno domini MCCC Septimo. Regni vero nostri anno nono.

Aus Kuchenbäcker, Anal. Hass. XII. 386.

**CCCXLII.** Der Römische König Albrecht bestätigt der Markgräfin Agnes, Gemahlin des Markgrafen Heinrich von Brandenburg, alle ihr von ihrem Gemahle und von dem Markgrafen Otto zum Ehegeschenke überwiesenen und noch zu überweisenden, vom Reiche zu Lehn gehenden Besitzungen, am 28. Mai 1307.

Nos Albertus, dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, ad uniuersorum sacri Romani Imperii fidelium noticiam volumus peruenire, Quod cupientes Inclitam Agnetem, Illustris Heinrici Marchionis Brandenburgensis vxorem legitimam, consanguineam nostram dilectam, specialis gracia priuilegio preuenire, omnia bona, a nobis et Imperio in feodo descendencia, quibus Heinricus predictus et Illustris Otto Brandenburgensis Marchio, frater suus, eandem Agnetem dotaerunt et que in donacionem sibi propter nupcias donauerunt, eidem Agneti concessimus. Et in hoc motu voluntario consentimus, nostrum expressum adhibentes assensum, quod Marchiones prefati eam ulterius de bonis, que a nobis et Imperio in feodum habere dinoscuntur, dotare, et in donacionem propter nupcias donare possint eidem, pro suo beneplacito voluntalis. Que a nobis et Imperio similiter feodali titulo possidebit. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum in Frankensurt, V. kal. Junii, Anno domini millesimo trecentesimo septimo, Regni vero nostri anno nono.

Nach dem im Königl. Sächsischen Landes-Archive befindlichen Originale

**CCCXLIII.** Markgraf Hermann bestätigt der Stadt Frankenstein als Tutor Silesiae ein im Jahre 1298 vom Herzoge Bolko erhaltenes Privilegium, am 21. November 1307.

Nos Hermannus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie marchio et dominus de Hennenberg tutorque Silesie, recognoscimus et ad uniuersorum presentibus peruenire cupimus noticiam, quod litteras incliti principis, sororii nostri, domini ducis Bolkonis pie memorie, honestis uiris et discretis ciibus ciuitatis Frankenstein super depositione plumbi et salis datas, uidimus, non uiciatas et sigillo suo rationabiliter confirmatas et sigillatas sub hoc tenore, prout inferius continetur.

In nomine domini Amen. Quoniam, ut ait apostolus, omnia, que exscripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, audita ratio ueritatis consona docet nos acta presentia digna memoria sic scriptis et sigillorum impressionibus seruare integra, ne per obliuionis exitum